

Regina et uxor Rūdolphi regis peperit filium¹³⁰⁾, ad cuius baptismum dominum episcopum Constanciensem^{x)} Rūdolfum¹³¹⁾ proximum cognatum domini regis vocavit. Et fratrum Alexandrum ordinis predicatorum lectorem in Constancia¹³²⁾, cui transmisit quatuor palefridos rogans eum, ut filium eius de sacro fonte baptismatis suscipere dignaretur. Qui precibus eius aquiescens ad ipsam ad Reynfeldiam noscitur pervenisse. Anno igitur domini MCCLXXXVI episcopus Constanciensis nec non frater Alexander ordinis predicatorum sabato sancte Pasce Reynfeldiam venerunt et episcopus missam sollenniter^{y)} celebravit et fontem baptismalem benedixit. *Exultet iam*¹³³⁾ cum evangelio frater Hartmannus socius prioris Basiliensis ordinis predicatorum laudabiliter decantavit. Episcopus puerum baptisavit et Carolum nominavit. Frater Alexander de sacro fonte levavit, frater Hainricus eciam unus levancium fuit, quia ipse regine medicus exstitit et amicus¹³⁴⁾. Puer hic paucis septimanis supervixit^{z)} et sepultus est in medio chori Basiliensis ecclesie et interfuerunt exequiis eius omnes clerici, fratres predicatorum^{a)}, minores pariterque maiores omnesque religiosi, milites universi, ex civibus honestioribus multi, familia regine pene cum mulieribus universis. Feretrum coopertum extitit baldichino, quod postea ecclesie relinquerunt.

244,
35—441276
4. April

fol. 182r

De rege Bohemie

Circa annum domini milesimo ducentesimo trigesimo fuit rex Bohemie¹³⁵⁾, cuius avus¹³⁶⁾ dux fuerat cum suis antecessoribus et ab Romanorum imperatore¹³⁷⁾ in regem confirmatus ea condicione, ut ipse et sui sequentes illam dignitatem tamquam vasalli semper a Romano imperatore in feudum suscipere et in honestis et licitis obedirent.

(245,
4—15)
1230x) *Hs.* Constancensemz) *Hs.* super vixity) *Hs.* sollenitera) *Hs.* predicator¹³⁰⁾ *Karl, geb. 14. 2. 1276*¹³¹⁾ *Rudolf von Habsburg 1274—1293. Er war der Sohn von König Rudolfs Onkel Rudolf III. von Habsburg-Laufenburg.*¹³²⁾ *Vgl. H. F i n k e, Ungedruckte Dominikanerbriefe des 13. Jh. (1891) S. 102, Nr. 7—8.*¹³³⁾ *Exultet iam Angelica turba caelorum. Das Praeconium der Ostervigil.*¹³⁴⁾ *Vermutlich der frater Henricus physicus de Basilea, von dem die lat. Verspielerereien MGH SS 17, 239 f. überliefert sind.*¹³⁵⁾ *König Wenzel I. von Böhmen, geb. 1205, König seit 1230, gest. 1253.*¹³⁶⁾ *Wladislav II., Herzog 1140—1158, ab 1158 König, gest. 1173.*¹³⁷⁾ *Kaiser Friedrich I. (1152—1190). Zur Königserhebung vgl. P. E. S c h r a m m, Böhmen und das Regnum, in: Adel u. Kirche, Festschrift G. Tellenbach, hg. v. J. Fleckenstein u. K. Schmid (1968) hier S. 356 ff.*